



**Eminentissimi Ac Reverendissimi Domini, D. Joannis  
Baptistæ, Cardinalis De Luca, Theatrum Veritatis Et  
Justitiæ, Sive Decisivi Discursus**

Ad Veritatem Editi In Forensibus Controversiis, Canonicis & Civilibus, in  
quibus in Urbe Advocatus, pro una partium scripsit, vel Consultus  
respondit ; Cum Indicibus Argumentorum, Causarum ac Rerum  
luculentissimis. Opus Tam Judicibus, Quam Causarum Patronis, atque  
omnibus in utroque Foro ...

De Fideicommissis, Primogenitvris, Et Majoratibvs

**Luca, Giovanni Battista de**

**Coloniae Agrippinae, 1690**

Disc. XXIII. Romana fideicommissi de Victoriis. De concursu plurium  
ratione proximitatis, An attenda sit proximitas gravantis vel gravati; Et in  
specie quid fiat transitus de uno genere seu ordine ...

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-74060](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-74060)



in capita & non in stirpes, adhuc attenditur hæc æqualis distinctio stirpium, regulando deinde distributione inter personas cuiuslibet stirpis respectivè ex deductis *decis. 2. par. 7. rec.* & frequenter in sua materia *sub tit. de iure patronatus*, Concludebam tamen minimum deferendum esse observantia, quando hæc aliter suaderet.

16 An cancellatio inducat probationem talis voluntatis.  
17 De conjecturis probantibus voluntatem voluntarius proximiores gravati.  
18 Habens facultatem nominandi vel eligendi non potest egredi genus à testatore volitum.

## DISC. XXIII.

## ROMANA FIDEICOMMISSI DE VICTORIIS.

PRO

DIANA VICTORIA PRINCIPISSA  
ROCELLÆ ET EIUS  
FILIIS.

CUM

OCTAVIO VICTORIO.

*Causa decisus per Rotam pro Octavio,  
postea concordatus.*

De concursu plurium ratione proximitatis,  
An attendenda sit proximitas gravantis  
vel gravati; Et in specie quid ubi fiat tran-  
situs de uno genere seu ordine personarum  
ad alium.

## SUMMARIUM.

- 1 Acti series.
- 2 Decisiones causæ.
- 3 De punctis seu questionibus causæ.
- 4 De questione, an attendatur proximitas gravati, vel gravantis, ut attendatur illa gravati.
- 5 Etiam in feudis remissivè.
- 6 De limitatione regulæ, de qua num. 4., ubi sit transitus ad diversum genus personarum.
- 7 De declaratione seu sublimitatione dictæ limitationis ubi fideicommissum protractum est in tempus remotissimum.
- 8 De declaratione dictæ declarationis, ut scilicet attendatur etiam proximitas gravati, quando omnes sunt aequè descendentes à testatore.
- 9 De rationibus dictæ propositionis.
- 10 Quomodo etiam in isto casu consideretur persona Testatoris remissivè.
11. Vbi proximior gravati non est descendens testatoris seu de genere vocato ejus proximitas non attenditur.
12. Ac etiam si descendat, vel sit de genere, sed maior proximitas proveniat ab alio latere extraneo.
- 13 De proximitate pro habendo renovationem emphyteuticam.
- 14 Vbi accedit voluntas testatoris attenditur sua proximitas potius quam illa gravati.
- 15 An dicatur adesse ex pronome meus vel suus.

Bernardinus Victorius, instituto hærede Iohanne Baptista filio, perpetuum descendivum, fideicommissum ordinavit in universâ linea masculinâ prius legitima, & postea naturali, eaque distincta facultatem dedit ultimo nominandi unum ex descendentibus ex feminis, quæ descendente erat Iohanne Baptista, dictaque nominatione non facta, transferretur vocatus proximior ita descendens, cum onere assumendi cognomen & insignia, & cum iis dispositionibus ad rem non facientibus; Cum autem defecisset linea masculina in Marco Antonio filio Iohannis Baptista nepote ex Horatio filio defuncti absque prole, nulla facta nominatione; Hinc est controversia inter fratres de Carafis filios Principissæ Dianæ præfati Marci Antonii sororis, & Olivium Robertum nepotem dicti Iohannis Baptista; Victoria filia, super dictâ fideicommissariae institutionis pertinentia, & introducta causa prius coram A. C., deinde in *Rota coram Orthobono*, in primis disputationibus unicus punctus erat, an attendenda esset proximitas gravati vel gravantis, cum antea prima, fratres de Carafis essent absque dubio proximiores, & e converso attendita secunda, esset proximior Robertus; Quia verò huiusmodi disputationibus pendentes reperta fuerunt huius testatoris tres scripturæ insimul junctæ in quodam quædam imbrevisaturarum Notarii rogati, in quarum una quæ fuit reputata matrix, vocatus legebatur proximior masculus ex feminis descendentibus à Iohanne Baptista, ejusque filiis & descendentibus; hæc verba legebantur cancellata, unde remanebat solum verba ex feminis descendentibus, seu quæ deberent à dicto Iohanne Baptista; Hinc promissus Robertus actor, derelicto primo puncto seu questione proximitatis, in qua rectè agnoscebat succumbentem convolvit ad hoc motivum, quod scilicet testator cancellando feminas filiorum & descendentium dicti Iohannis Baptista, eas, eorumque filios voluit, sed se restrinxerit ad feminas immediatas ejus, qualis erat Victoria Roberti mater, non autem Iohannis neptis, ideoque ex hoc motivo sub die 20. Julii 1651. prodiit resolutio Roberto favorabilis confirmata 19. Januarii 1652. coram eodem Orthobono, ut patet inter decisiones ejus impressas *decisione 244. & 271.*, quæ confirmatæ fuerunt in tertia disputatione 26. Junii 1652. coram Verospio subrogato in loco dicti Orthoboni, interim ad Cardinalatum erectæ; patet ex *decis. 285. par. 11. recent.* deindeque allata disputatione super immessione ad bona fideicommissaria contra dictam Principissam Dianam eorum possessitricem tanquam hæredem ab intestato Iohannis Marci Antonii, aliqua motiva excitata super libertate quorundam bonorum notabiliorum, antea inderunt concordia, quæ controversiam terminavit.

In his igitur disputationibus, tres fuerunt præcipuè inspectiones, Primò scilicet super proximitate, an hæc regulanda esset ex persona testatoris, vel ex illa gravati ultimo mortui. Secundò super dictâ cancellatione, quæ in ea subdistinguebatur, Vnam facti, An scilicet scriptura in qua talis cancellatio aderat, contineret originalem seu matricem authenticam, vel potius



minutam seu præparationem originalis autem esset altera scriptura nicida ibidem annexa; Et alteram juris, An scilicet dicta cancellatio esset consulto facta, adeo ut ademptionem operaretur; Et tertio demum circa identitatem seu libertatem bonorum sequutam ex detractionibus & aliis deductis; Hic tertius punctus penè totus erat facti, & de secundo cancellatio nis, habetur actum in hac eadem causa sub titulo de testamentis.

Quatenus ergo pertinet ad primum respicientem hanc materiam fideicommissariam, An scilicet pluribus ad fideicommissum concurrentibus ratione proximitatis, ista regulanda esset ex persona gravantis vel gravati, quamvis apud antiquiores hæc fuerit una de magis involutis questionibus, ut patet ex relatis per *Fusar. quest. 484. Amat. resolut. 10. Castill. lib. 3. contr. cap. 19.* & alios collectores hujusmodi: Attamen Roberti actoris defensores rectè agnoscebant, quod cessantibus conjecturis, seu aliis circumstantiis, ex quibus regula limitatio resultaret vanum opus erat hujusmodi questionem assumere, cum ex magis communi, in foro passim receptum sit pro regula, ut attendi debeat proximitas gravati præsertim in Rota, quæ semper hanc opinionem tenuit, ut *decis. 72. par. 1. divers. decis. 109. & 119. par. 5. rec. apud Buratt. decis. 682. & 744. apud Duran. decis. 115.* & recentius plenissimè ac in articulo formiter discussio apud eundem *Orthob. decis. 21.*, quæ passim circumfertur tanquam notoria & magistralis, confirmata coram eadem *decis. 35.* dictamque opinionem esse in puncto juris veriore testantur etiam, *Fusar. Amat. & Castill. ubi supra*, ac cæteri communitè, adeo ut in *Mutinen. feudorum de Rangonis, de qua sub tit. de feudis disc. 8.*, cum gradu remotiori, pro quo ego scribebam, expediret proximitatem regulandam esse ex persona testatoris seu primi acquirentis, qua arctata intrabat representatio in infinitum tanquam in ascendente, secus autem attenda persona ultimi morientis, & super quo articulo plures hinc inde scribentes penè volumina composuerunt, præsertim verò pro patruo, & proximiorè latè scripsit *Manzius*, ut patet ex ejus consultationibus longè post hæc scripta editis *consul. 84. cum seqq.*; Ego agnoscendo punctum non esse sustentabilem, ac etiam apud feudistas hanc opinionem attendendi proximitatem ultimi morientis esse magis receptam, idcirco negligendo ordinem successorium, ad aliud fundamentum convolvavi ex ibi deductis, admitiendo dictam regulam in foro amplius non controvertendam, Tum ex longè majori assententia auctoritatum ac decisionum, Tum etiam ex pluribus rationibus, illa præsertim inextricabilis labyrinthus licium, qui alias resultaret in fideicommissis protractis in remotissimum tempus super hujusmodi proximitatis probatione, ut plenius apud *Orthob. d. decis. 21.*

Quare dicti scribentes pro actore, id rectè agnoscentes, fundamentum constituebant in limitatione tradita per relatos apud eosdem *Amat. & Fusar. ubi supra*, & quam esse veram, communicque DD. calculo receptam firmat *Rota dicta decis. 519. par. 5. rec. num. 13. cum sequen. repetit. apud Merlin. decis. 520.*, ubi scilicet fiat transitus de uno substitutionum ordine in alterum, sive ab uno genere personarum ad aliud, ut tunc fiat regressus ad personam testatoris, ejusque proximitas attendi debeat, atque hunc dicebant esse casum, quia nempe defecta linea masculina, fiebat transitus ad lineam femininam, novumque personarum genus, ac substitutionum ordinem.

Huic limitationi deductæ etiam apud *Orthob. dicta decis. 21. num. 20. & decis. 35. num. 7.* responderetur in eisdem decisionibus, id non procedere, ubi ageretur de fideicommissis protracto in tempus remotissimum, post quod testator verisimiliter credit casum substitutionis eventurum esse, cum tunc urgeat eadem supradicta ratio difficultatis justificandi proximioritatem, ac inextricabilis licium anfractus, ideoque etiam isto casu proximitas gravati attendi debet.

Quamvis autem ego scribens pro hac parte regulandi proximitatem ex persona ultimi morientis, deducere hujusmodi sublimitationem, seu limitationis declarationem, ad facti speciem rectè applicabilem, atque crederem absque ulteriori indagatione eam sufficere ob dictarum decisionum auctoritatem, Nihilominus ista generalitas videbatur parum tuta, ità eam simpliciter ac in abstracto capiendo, cum aliàs penè fatua & nunquam verificabilis remaneret conclusio limitationis productiva; Ideoque istius conclusionis seu limitationis veritatem indagando, observabam erroneum videri ità generaliter, ac indefinitè eam tradere, ut faciunt plerique præsertim aliqui moderni collectores, sed procedendum esse cum aliquotum casuum distinctione rectè agnita per *Molinam de primogenitura lib. 3. cap. 9. in principio.*

Aut enim agitur de sola mutatione generis personarum inter æquè descendentes ab eodem testatore, cujus æqualem habent rationem sanguinis vel affectionis, undè solum detur diversitas ordinis per prius, & per posterius ratione sexus vel alterius qualitatis, quia nempe, ut in præsentia, prius vocata sit linea masculina, postmodum verò in istius defectum vocata sit feminina, & sic sit solum ordo per prius & posterius intra idem genus æquè descendendum à testatore, & tunc omninò verius sit, etiam isto casu, ubi præsertim urget dicta ratio fideicommissi habentis tractum perpetuum & successivum, & cujus casus post remotissima tempora contingere potest, attendendam esse proximitatem gravati, & non gravantis, ut bene *Molin. d. c. 9. in principio.* & cæteri relati per *Amat. dicta resolut. 10. num. 4. Giurb. de feudis §. secundo glos. 8. num. 43. Surd. cons. 370. num. 15. & per tot. Rot. dicta decis. 519. par. 5. rec.*, alias apud *Merlin. decis. 520. num. 15. & sequen.*; Et hic propriè est sensus dictarum *decisionum 21. & 35. Orthoboni.*

Irrationabile siquidem ac inhumanum esset, ut deficiente linea masculina in eo, ex quo supersessent filia femina vel masculi descendentes ex eis, quod isti deberent remanere exclusi à bonis per eorum parentem possessis, ut transitum facerent ad alios remotissimos transversales penè extraneos effectos, & quorum proximitas penè incerta reddita est, Ideoque non solum urget dicta ratio incertitudinis justificandi proximitatem, quæ ita in filiabus vel sororibus ultimi morientis est certa, sed etiam urget alia derivans ex receptissima regula, ut bona in unam lineam semel ingressa, in ea perpetuo continuare debeant, donec in totum evacuetur, Ac etiam altera, ut femina semel per masculum exclusa, perpetuo exclusa dicatur, donec adsint personæ de genere excludentis; Vnoque casu, ut advertitur supra in *Bonon. primogenitura de Podij disc. 15. & in Valentina Majoratus disc. 16.* sit regressus ad personam testatoris, ac linearum seu graduum ordo ab eo metiendus est, quando scilicet urgeat ejus voluntas, vel non sit verificabilis ratio continuationis

de LUCA  
de  
lamentis  
t. cat.  
c. 1.  
9



tionis in descendencia seu genere gravati, itaut non urgeat dicta regula de bonis semel ingressis &c. ut locis citatis.

Aut verò proximiores gravati, attinentiam non habent cum gravante, quia nempe per aliud medium extraneum, puta maternum conjuncti sint, Et tunc verè & propriè intrat dicta limitatio, ut scilicet evacuato primo genere vocato, seu primo substitutionum ordine, unde sit faciendus transitus ad diversum personarum genus, vel respectivè diversum substitutionum ordinem, nulla ratio habenda sit de proximitate gravati, sed attendatur illa gravantis, cum talis gravati proximitas à dispositione seu testantis voluntate omninò extranea sit, ut bene advertitur per *Rotam in Bonon. fideicommissi de Nascentorij* 23. Junii 1642. coram *Carillo*, inter suas *decis* 233. num. 11. ubi plures allegantur, & præsertim *decis* 693. num. 3. par. 2. rec. ubi quod tunc proximior gravati præfertur, ubi venire dicatur continuando successionem suorum ascendentium; Et quando de super non haberetur auctoritas, id ad evidentiam probaret ipse naturalis discursus, cui manifestè repugnat, ut frater uterinus, vel alter proximior ita ultimo morienti conjunctus, præferri deberet ei, qui sit de descendencia, seu agnatione, aut sanguine testatoris.

Idque adeo verum, quod ut advertitur supra in *Vrbevetana majoratus disc.* 6., & alibi, ac habetur etiam apud *Orthob. decis* 91. num. 19., ubi concordantes, etiam ille qui gravato per latus maternum, seu aliud medium extraneum magis approximat, esset de eodem genere descendentium testatoris, quia nempe ejus mater esset quoque agnata, & de eadem descendencia, qualis est casus in *dicta Vrbevetana*, adhuc tamen, quidquid malè dicat *Fusar.* ibidem allegatus, verius est istam proximitatem non haberi in consideratione, quoniam attenditur quidem illa gravati, sed per idem medium ipsius testatoris, cum alterum medium sit omninò extraneum, in nulla consideratione habendum, ut advertitur in proposito regulandi proximitatem pro obtinenda emphyteutica renovatione quoties agitur de concessione ex pacto & providentia, in qua sola ratio sanguinis habetur in *Ferolivien. sub tit. de emphyteusi disc.* 3. Et ex qua ratione nullatenus intellectus in obsequium illarum resolutionum captivari potuit, dum posito principio, ut non qualitas hereditaria, sed illa sanguinis attendi debeat, ipsè naturalis discursus nimium repugnare videtur.

Scribentes hinc inde, deducebamus idem principium, in quo, abstractè sumpto, eramus concordēs, ut si præmissa omnia circa proximitatē magis gravati quam gravatis procedant in casu dubio, & ubi non accedit contraria expressa vel conjecturata voluntas testatoris, qui si dicat vocare proximiorē sibi, tunc tanquam in claris cessant omnes quaestiones juxta vulgarem regulam *textus in l. ille aut ille ff. de legat. 3.*, ut advertitur *dicta decis* 593. par. 2. rec. & passim.

Et quamvis in aliis causis, etiam ubi testator expressè dixisset vocare proximiorē sibi, id viderim controversum ex auctoritate *Vasquez de successione lib. 3. §. 26. num. 10. & 11.*, & *Gamma decis* 7. firmantium, quod pronomen *meum, tuum, vel suum* aptum non sit facere hanc operationem, ac alterare juris regulam, utpotè operativum in ea parte, quod dirimat supra inlinuatam dubitationem, an sufficiat sola proximitas gravati absque dependentia à gravante; Attamen istud videbatur æquivocum clarum in applicatione, cum in casu de quo præsertim

agitur apud *Gamm. dicta decis* 7. illud verbum sit pronomen *meus*, percuteret proximitatem, seu parentelam in genere, proximitas verò remaneret definita, ideoque ad limites juris intelligenda dispositionis verba registrata per *Gamm. ibi majorante mas chegado* hoc est *meus consanguineus seu conjunctus magis proximus*, & sic illud verbum, non rigebatur ad parentelam, non autem ad materiam proximitatem, Secus autem ubi testator diceret *meum proximiorē sibi*, itaut pronomen esset amplexu proximitati, qualis erat casus, de quo disputat *Bonon. primogenitura de Podijs disc.* 11. ubi præsertim nulla fuisset habita difficultas, quod major proximitas Barbaræ in exclusionem Ioannis attendebatur fuisset, quando non obstant illa verba, *semper prærogativa sexus & lineæ*, potissimè dicitur batur de primogenitura, de cujus peculiaritate linea occupat primum locum, ac vincit gratiam sexum, & aratem, ex ibi deductis.

Discordabamus verò in applicatione hujus principii ad factum, Scribentes enim pro actore, potius quam juxta præmissam facti feriem, repensam asserta matrix cancellata, exinde deducebant argumentum hujusmodi voluntatis; Verum videbatur fallacia evidens, quoniam etiam verba cancellata super imposita aequè conveniebant proximiorē gravati, ac gravantis absque aliqui differentia, quod solum deducebatur à voluntate adimendi testatum ab ipso actu cancellationis, quatenus subsisteret præsupposita facti & juris, quod scilicet illa de matrix, quodque ea deletio seu cancellatio non sulto facta esset pro excludendis personis contentis sub verbis cancellatis, ut advertitur in hac causa *sub dicto titulo de testamentis*, Unde propositi termini extranei remanebant, utpotè, vel non necessarii, vel non sufficientes.

E conversò autem observabam plura arguere in vincencia voluntate testatoris, vocandi magis proximiorē gravati, quam ipsius gravantis, potissimè verò nimium convincens videbatur ea consideratio, quod testator ultimo deficienti de linea masculina facultatem concessit nominandi seu eligendi unum inter plures proximiores descendentes ex feminis ut supra; Ut enim habetur in *Firmana primogenitura de Iuliuccis disc.* 33. illa facultas intelligitur intra ipsum genus, quod factum rursus egredi non potest, & sic eligendus est unus proximioribus, remanente facultate operativa præelectione inter plures aequales, absque tamen perversione ordinis vel generis à testatore volenti, etiam habetur in *Rom. hereditatis de Spatis disc.* 11. alibi; Ideoque proffus improbabile dicebam, humano discursui oppositum, ut ultimo moriente linea masculina habens nepotes ex filia vel cognata cogeretur istos spernere, ac depauperatos relinquere, atque post remotissima tempora indagare rem imperscrutabilem, qualis si esset ille qui testator magis approximat, ab ipso ultimo moriente omninò extraneus effectus; Et his addebantur alia conjectura seu circumstantia ponderata in eadem causa *sub dicto tit. de testamentis*, super puncto cancellationis, ad probandum, quod illa facta non esset casu sulto, ac ad effectum adimendi, quod scilicet testator habebat proprias filias cognititas & dilectas, quæ filios masculos jam procreaverat, sibi etiam cognitos, & tamen istos spernit, vocando deficientes ex feminis Ioannis Baptistæ primi heredis adhuc non natis & incognitis; Ac etiam quod ultrò progressus est, vocando post defectus



nes quædam loca pia, unde prorsus improbabile videbatur, ut ita voluisset se restringere ad solas filias Ioannis Baptistæ, qui poterat eas non procreare, dum eius dispositio latius patere poterat in omnibus aliis descendentes, nulla urgente ratione differentia, Ideoque Ioannes Baptista primus hæres, ita demonstratus esset tanquam omnium descendendum stipes, eodem modo, quo omnes homines dicimur filii Adæ; ut latius ibi; Plures autem post istam controversiam sopitam excitata fuerunt quæstiones cum aliis ab eodem testatore descendentes, ob quosdam codicillos postea repertos, sed non ad rem præsentis articuli.

- 15 Quando testator masculus ordinat fideicommissum masculinum cum masculis agnatis, tunc sub nomine masculorum veniunt solum masculi agnati.  
16 De applicatione ad casum specialem controversia.  
17 Resolutio cause.

## DISC. XXIV.

**D**aniel de Vicedominis, instituit hæredibus, Matthæo, & Ioanne filiis, post eos instituit eorum filios, & descendentes masculos in infinitum, quibus omnibus defectis, eorum ultimo substituit transversales pariter masculos & agnatos, declaratione adjecta, ut bona perpetuo in prædictis ita respectivè vocatis stare deberent; Cumque plures haberet filias jam dotatas ac provisas, quarum aliquæ filios ac filias procreaverant, eos omnes nominatim honoravit, relinquendo singulis cum honorabili titulo institutionis solidos quinque; Consolidata verò tota heredita e in Ioanne per obitum Matthæi sine prole, illaque continuante in Adriano, Carolo, ac demum Ludovico respectivè filio, nepote, & pronepote, demum moriente dicto Io Ludovico sine prole, orta est controversia inter Marcum Aurelium & Carolum Franciscum de Vicedominis agnatos transversales ut supra substitutos, & Ludovicum de Leonibus præfati Ioannis Ludovici ultimi ex sorore nepotem, super dicti fideicommissi pertinentia, atque post agitatam litem in partibus, introducta per appellationem causa coram A. C. seu Præfato deputato inter dictum Ludovicum cognatum, ac fratres de Morsellis, qui successerunt in iuribus dictorum agnatorum, interim absque prole masculina defectorum, restringebatur causa ad punctum, An sub nomine filiorum & descendentium masculorum dicti Ioannis primò instituti veniret præfatus Ludovicus descendens per medium femininum & de aliena familia, vel potius talis vocatio conveniret solum masculis agnatis & descendentes per masculum; Primo enim casu clarum erat bonum jus dicti Ludovici, dum agnati transversales vocati sunt in subsidium. In secundo autem certum erat bonum jus agnatorum ob factum casum eorum vocationis.

Super hoc autem articulo sæpius disputato, tam in ista causa quam in aliis de quibus infra, pluribusque aliis sub silentio involutis, præsertim verò in ista, ac in infra scripta *Parmen. fideicommissi de Garziis disc. 28.* scribentes hincinde de partibus, cum maximo labore, ac diligentia, volumina pene conficiendo, conabantur omnes ferè DD de quæstione agentes cumulare, ita classes constituendo, atque contendendo qualis esset major numerus, quasi quod ageretur de electione vel alio actu collegiatiivo, in quo major votorum pars prævaleat, & concludat; Ex parte siquidem favorabili masculis agnatis, & per masculum, ut non nisi ipsis, non autem cognatis per feminam vocatio masculorum conveniret, cumulabantur omnes relati per *Laderch. conf. 153. per totum*, ubi nervosè hanc opinionem sublinet *Surd. consil. 316. Fusar. quæst. 404. num. 6. Aldobrandin. conf. 3. lib. 1. de Marin. resol. 126. num. 28. & sequen. lib. 2. Venturin. conf. 25. num. 50. & sequen. n. 116. cum seqq. cum aliis relatis per Castill. & alios de quibus infra.*

Et ultra autoritates expendebant *text in l. 1. & l. immunitas ff. de iure immunitat.* ubi disponitur, ut immunitas concessa posteris non censeatur concessa masculis descendentes per feminas; Ac etiam deducebant dispositionem *textus in l. si viva matre*

## PLACENTINA FIDEICOMMISSI DE VICEDOMINIS

P R O

LAURENTIO ET FRATRIBUS  
DE MORSELLIS

C V M

LUDOVICO DE LEONIBUS

*Causa disputata coram A. C. seu Præfato deputato, & resoluta pro Morsellis.*

De concursu masculorum diversæ qualitatis, ad fideicommissum masculinum, quia nempe alii sint agnati, & procreati per masculum, alii verò cognati, & procreati per feminam, An scilicet vocatis masculis veniant solum primi, vel potius etiam secundi, habita sola ratione sexus, non curato medio.

## S V M M A R I V M.

- 1 **F**acti series.
- 2 **P**unctus controversia.
- 3 **D**e opinione, ut sub nomine masculorum non veniant, nisi masculi agnati, & per masculum.
- 4 **D**e rationibus, & iuribus hanc opinionem probantibus.
- 5 **D**e opinione contraria, ut veniant etiam masculi cognati, & expenditur *tex. in l. si viva matre.*
- 6 **S**ensus auctoris, quomodo ista decisio sit decidenda, & opiniones predictæ conciliantur.
- 7 **D**atur distinctio bonorum, & dispositionum.
- 8 **D**e materia *tex. in l. 1. & l. immunitas ff. de iure immunitat. an exemptio concessa pro descendentes masculis conveniat masculis cognatis.*
- 9 **Q**uid in concessionibus feudatilibus, vel emphyteuticis, aut aliis concessionibus per contractum.
- 10 **V**bi fideicommissum est ordinatum à semina, tunc appellatione masculorum veniunt omnes etiam cognati.
- 11 **L**imitatur, seu declaratur.
- 12 **E**tiam semina solent diliger e, & contemplari agnationem propriam, vel illam virorum.
- 13 **D**e alia distinctione, etiam in fideicommissis ordinatis per feminam.
- 14 **D**e fideicommissis ab initio ordinatis cum cognatis eorumque descendentes masculis, ut sub nomine masculorum, veniant etiam cognati per feminas.

de LUCA  
de Laurentio  
t. cat.  
CVI  
9